

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4. Vtrum sit exhibenda cruci Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

Docemur intelligibilia contemplari, propter eruditos sunt. & sic Moyses statuas constituit angelorum in templo. Sed ad actum cultus figurare hoc, actus est solitarie sumptus, non bonus nec eligibilis, sed declinabilis: sicut occidere hominem, si solitarie proponatur, non est actus eligibilis aut laudabilis, sed si nihil adderetur, malus &

vituperabilis: sed si configurare Deum ad actum cultus uestiarur quibusdam circulantis (puta auctoritate Ecclesiasticae consuetudinis, securitate ab errorum occasione, pietate; colentium) redditur actus iste honestus: sicut si occidere hominem, induatur circumstantia publica potestatis, actum praeципientis propter iustitiam, ac commune bonum, erit occidere hominem, actus honestus.

T Cauere ergo oportet, ne facilis sit sententia contra quamcumque partem: habenda siquidem in primis est ratio erroris. Nam si ex falso aliqua opinione de deo aut Angelis &c. aliqua processit, aut per seuerat imago tertii modi, uel secundi iustitiae, abolenda est, & intriundus populus. Dico autem vel secundi iustitiae, quia esti ad representationem historie Deus depingitur in forma rubi ardenti, loquens Moysi, & similium suis omnium, quia tamen Ecclesia non confutet omnia figuralia proponere ut colenda, ideo cœendum est ne nota abusio introducatur, puta, si petra adoratur pro Christo, quia scriptum est, Petra autem erat Christus: si vero nulla falsa opinio aut præsumptio interueniret, sed antiquis Ecclesiæ usus fuerat, nullusque occasionem errandi accipit (quia plebs est bene instruta in fide, & credit Deum spiritum esse, & in omnibus rebus cum ecclesia lenient) non video peccatum aliquod in huiusmodi cultu imaginum, tam secundi, quam tertii modi. Et secundus quidem auctoritatem habet ex iacra scriptura, & ecclesiæ usu manifeste.

A Tertius autem, quia originaliter secundum partes est ex extra scriptura (quamvis non tota imago) & ecclesiæ usus approbat, non solum tolerabilis, sed licitus mihi videatur: ex eo enim quod cultus Dei exhibetur in imagine, non impie, aut præsumptiose, sed ab ecclesiæ propositiæ actus adorations circa debitam materiam versatur, ac per hoc nullam peccati rationem habet. Et si sic est, non videatur esse illud Trinitatis imagines in forma sensi, crucifixum sustinenter columba intermedia: partes enim imaginis huius ex sacra summa scriptura. Et de filii & spiritus sancti imaginibus constat. De patris autem ex Daniele habetur cap. 7. cum dicitur de filio, quod peruenit ad antiquum dicendum, hoc est Deum patrem. Et hoc dictum est, ubi nulla est occasio erroris.

C Non lauda tamen huiusmodi multiplicationem imaginum Trinitatis aut deitatis, aut Dei patris, aut Spiritus sancti, nisi in specie columba & igneæ lingue super discipulos: sed potius tamquam infigurabilis, tamquam supra nubem aliquam au-

Fream latens, pingendus esset Deus: unde effectus creationis proueniret, ut nel sic erudiretur plebs, quod Deus est spiritus infigurabilis, sicut Moses absque fedente sedem impositam angelis statuens. Deum intelligi & coli super omnia que scilicet regantem, proficentem ac iudicantem ordinatur sapientissime. Imagines enim codices sunt populorum, & propriea multas reprehenduntur, tamquam occasionem errandi praebentes, quantum est ex se. Et umerum discent, nisi conditioes praedictæ excusat, ut dicendum est.

Sapien. 2. Morte turpissima condemnam eum. ergo non debemus crucem venerari, sed magis abhorre.

P 2 Præt. Humanitas Christi adoratione latræ adoratur, in quantum est unita filio Dei in persona, quod de cruce dici non potest. ergo crux Christi non

G est adoranda adoratione latræ.

P 3 Præt. Sicut crux Christi fuit instrumentum passionis eius & mortis, ita etiam & multa alia (puta clavi, corona, & lancea) quibus tamen non exhibemus latræ cultum. ergo uidetur & crux Christi non sit adoratio latræ adoranda.

SED CONTRA est, quod illi exhibemus latræ cultum, in quo ponimus spem salutis: sed in cruce Christi ponimus spem salutis: cantat enim ecclesia, * O crux, a spes unica, hoc passionis tempore, auge piis iustitiam, reisq; dona veniam. ergo crux Christi est adoranda adoratione latræ.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, honor seu reverentia non debetur nisi rationali naturæ: creaturæ autem insensibili non debetur honor, uel reverentia, nisi ratione rationalis naturæ. Et hoc dupliciter, uno modo, in quantum representat rationalem naturam: alio modo, in quantum ei quo, cumque modo, coniungitur. Primo modo, cùm fuerint homines venerari regis imaginem: secundo modo, eius vestimentum. Vtrumq; autem veneramur ho-

uel ratione representationis, uel ratione coniunctionis quomodo doliber, declaratur hoc exemplis imaginis, & uetus regis. Quarum est, Vtroque modo eadem exhibetur reverentia, que exhibetur & regi. In secunda parte, respondetur in speciali de cruce Christi, distinguendo, uel de cruce illa, in qua Christus pendit: uel de quacumque alia. Et de prima quidem respondetur una conclusione habente duas partes, quod est uenrandam utroque modo, & adoratione latræ, quia Christus adoratur, & declaratur quo ad singula clara. De cruce vero Christi in quacumque alia materia respondetur, quod est adoranda etiam latræ, in quantum representatione Christi, sicut Christi crucifixi imago. Omnia clara patent in litera, aduentando, quod allocutio crucis pro effectu assertur, adorationis eiusdem, qua Christus adoratur: ex eo enim quod ipsam allocutio nra Christi, signum est, quod ad ipsam ut Christum nos recurrimus. Et propterea allocutio etiam ad crucem in omni materia, & non ad illam tantum, in qua Christus pendit.

Ad uerte hic, quod Durandus ubi supra, & Io. Capreolus considererunt. Autorem retrahisse hic, quod in 3. sentent. dixerat, crucem illam, in qua pendit Christus, esse adorandum non solum ut imaginem Christi latræ, sed ut quandam rem Christi hyperdulia, quasi crux illa Christi non sit capax adoracionis, ut

Super Quæstio. 25.
Articulum quartum.

T Itulus de cruce Christi loquitur, sive illa in qua passus est Christus, sive qua cumq; alia ut est crux Christi.

In corpore articuli duæ sunt partes, Primo, determinans in communia de re honora, & qualitate adorationis. Et dicuntur quatuor. Primum est, Soli rationali naturæ debetur honor, intellige ratione fui. Secundum est, Creatura insensibili non debetur honor, nisi ratione rationalis naturæ. Tertiū est, duplicitate creature insensibili ratione naturæ rationalis honor debetur,

5.3. q. 103. 27.
4. ad 3. & 5.
di. 9. q. 1. 27.
9. q. 4.

et quædam res Christi. Parcant milii Domini istimon retracta-
uit, sed magnificum hic Author doctrinam ibi traditam, quo-
nam crucem illam ut quandam Christi rem per contactum, ibi
hyperdulia, hic latræ adorandam dixit. Hoc enim pater non el-
le reuocationem dicti, quod crux illa ut quædam Christi res est
veneranda, sed ma-
gificationem illius
dum ab hyperdulia
ad latram ascendit.

*Sicut Questionis
vñquinta Ar-
tium quattuor.*

In corpore articu-
li vñcta est cœlula-
so, habens duas par-
tes; beata virgo est
adoranda non la-
tria, sed hyperdulia.
Probatur primo pars
separata. Nulli rei
venerabilis secundū
fe, nisi soli Deo
debetur latria, ergo
nulli puræ creature
rationali, ergo beata
Virginis non de-
betur latria. Ante-
cedens in illa parti-
cula, venerabilis fe-
cundum se, exclu-
dit & creature in-
sensibilis (quales
sunt imagines, &
erices, que non
sunt secundum se ve-
nerabiles) excludit
& humanitatē Chri-
sti, que secundum
senior est venerabilis,
ut res adorata,
vi pater ex dictis
superius. Ambo e-
cum adorantur la-
tria, non pater ex an-
ticedis, & ideo in li-
tera apponitur ly-
pæ, cum dicuntur
purae creature, Con-
sequenter prima p-
batur, quia creature
rationali est capax
secundum se hono-
ris; secunda autem,
qua beata Virgo, est
purae creature rationali.
Secunda autem pars probatur,
qua veneranda est
eminentius creature
nisi ceteris, quia est
mater Dei.

In hoc articulo,
& specialiter in re-
sponsione ad tertium,
dubium occurrit, quia
non debet esse mi-
noris conditionis res
veneranda secundū
se & secundū aliud,
quam si esset solum
veneranda secundū
alio, quoniam ve-
nerabilitas secundū
se, non est conditio
diminuens rationem
venerabilitatis; sed
beata Virgo si non
est venerabilis fe-
cundum se, sed solum
rationis Christi, ut
est, adoraretur la-

A tria non minus quam crux Christi, quia intrinsece fuit illi con-
iuncta, ergo etiam nunc ut res coniuncta Christi, adoranda est
latræ, & secundum seipsum, hyperdulia. Et confirmatur, quia
iam dictum est, quod non inconvenit vnam & eandem perso-
nam adorari dupli adoratione.

Mines eade veneratione, qua ve-
nerantur & regem. Si ergo loqua-
mur de ipsa cruce, in qua Chri-
stus erucifixus est, utroque modo
est a nobis veneranda: uno scili-
cet modo, in quantum representa-
tur nobis figuræ Christi extremitati
modo ex contactu ad membra
Christi, & ex hoc, quod eius
sanguine est perfusa. Vnde viro-
que modo adoratur eadem adora-
tionem latræ. Et propter hoc etiæ
crucem alloquimur, & depreca-
mur quasi ipsum crucifixum. Si
vero loquamur, de effigie crucis
Christi in quantumque alia mate-
ria (puta, lapidis vel ligni, argenti
vel auræ) sic veneramur crucem
tantum, ut imaginem Christi, quæ
veneramur adoratione latræ, ut
supra dictum est.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in cruce Christi quantum ad
intentionem, vel opinionem infide-
lii consideratur opprobrii Christi:
sed quantum ad effectum nostræ
salutis consideratur virtus diuina
ipsius, quæ de hostibus triumpha-
nit, secundum illud Coloss. 2. Ip-
sum tulit de medio, affigens illud
cruci, & spoliis principatus, &
potestates, traduxit confidenter,
palâ triumphans illos in semetip-
so. Et ideo dicit Apostolus 1. ad
Corint. 1. Verbum crucis percuti-
bus quidem stultitia est: his au-
tem, qui salvi sunt, id est nobis,
virtus Dei est.

AD SECUNDVM dicendum, quod
crux Christi, licet non fuerit v-
nita verbo Dei in persona: fuit
tamen ei vñta aliquo alio modo,
scilicet per representationem, &
contactum. Et hac sola ratione
exhibetur ei reverentia.

AD TERTIVM dicendum, quod
quia latræ soli Deo debetur, nul-
li creature debetur latræ, prout
creaturem secundum se venera-
tur. Licet autem creature insen-
sibilis, non sint capaces venerationis
secundum seipsum, creatu-
ratamen rationalis est capax ve-
nerationis secundum seipsum.
& ideo nulli puræ creature rati-
onali debetur cultus latræ. Cū
igitur beata Virgo sit pura crea-
tura rationalis, non debetur ei
adoratio latræ, sed solum vene-
ratio dulia, eminentius tñ quam
ceteris creaturis, in quantum ip-
sa est mater Dei. & ideo dicitur
quod debetur ei non qualiscul-
que dulia, sed hyperdulia.

AD PRIMVM ergo dicendum,
q̄ matri regis nō debetur equa-
lis honor honori, q̄ debet regi:
Tertia S. Thomæ.

T Ad hoc dicitur, op-
licet venerabilitas se-
cundum se, non di-
strahat rationem ve-
nerabilitatis, immo-
est perfectior diffe-
rentia eius, distra-
hit tamen rationem
venerabilitatis ratio-
ne alterius, ita quod
venerabile ratione al-
terius, distractum
per venerabile secun-
dum se. Exemplum:
per se subsistere non
distrahit rationem en-
tis, sed est perfectior
illius modus, sed di-
strahit rationem en-
tis in alio, puta, acci-
denti. Et ideo cum
latræ inter creatu-
ras debetur soli ve-
nerabilitate alterius,
consequens est
quod quodcumque
creatum est secun-
dum se venerabile;
non sit ratione alte-
ris, In lib. de a-
sumpt. B. Ma-
trice, c. 6. circa
med. to. 9.

T Et si contra hoc
insteretur, quod di-
stractio ista est uera
in essentialibus, non
autem in acciden-
tialiter coniunctis. Lib. 4. cap. 15.
qualiter iunguntur post meda-
duis rationes adora-
bilitatis, in ura per-
sona, respondetur
quod nos non ci-
mus oppositum, sed
respondemus argumen-
to de conditione
distrahente.

Ad matrem au-
tem dicimus, cum
Autore in articulo
tertio, ad tertium,
quod occasio erro-
ris uitanda facit ut
rationalis creature
non adoretur, ut i-
mago Dei: & pari-
tatione, ut res con-
iuncta Christo, ne
scilicet motus ada-
rationis fistat in ra-
tionali natura secun-
dum se. Quocir-
ca, sicut personam
Christi, non nisi
latræ veneramur
ad exitandum erro-
rem recurrentium
ad Christum, ut
puram creaturam,
ita personam beatæ
Virginis sola hyper-
dulia honoramus. D. 344.
ad exitandum erro-
rem recurrentium, qui la-
triam terminarent:
ad Beatam Virgi-
nem secundum se.
Non enim plebs tan-
cum penetraret, ut
N 3 ad-